



Rudolphus Cappellen. Hamburg: A^o. 1648.

Yd 6, 2.
4^o



v. Plotho, Erik Christoph Edler Herr

30 Colpischer Blätter
3 Wimper

16. 13.



NOS ANDREAS
GRITTIDEI GRATIA
DVX
VENETIARVM ET CAET.

Committimus Tibi Nobili viro FRANCISCO
cornelio ciui & fideli nostro, q̄ de nostro man-
dato vadas, et sis Potestas Capitis & geris, & die
quo applicueris, vsq; ad vnum annum, et tantum
plus Donec successor tuus Illuc venire distulerit
Regendo ipsam terram, et pertinentias, cum pro-
de et honore Venetiarum, nec recedendo de regi-
mine, nisi successor tuus venerit, et nisi habue-
ris & Nobis licentiam, habendo salariū per
ratam temporis, si ultra annum steteris, diem
autem, quō applicueris Illuc & Nobis scribes, et
significabis dies, qui erunt tibi concessi, ve



quibus non debebis habere salariū

Omnis querenti facies rationem secundum usum
diēte terre, et ubi usus tibi defecerit secundum
bonam conscientiam, Si vero iudices fuerint in
aliquo discordes, eam partem capies, que tibi ratio-
nabiliter apparebit, secundum usum, qui si tibi
defecerit secundum bonam conscientiam, et stu-
diosus eris, & omnes sententię diēte per iudices
compleantur, et seruitium vel donum non ac-
cipies, nec accipi facies per totum hoc Regimen
per te vel alium sub pena dupli, et si acceptum
scieris, facies illud reddi si poteris.

KÖN. PR. FR.
UNIVERS.
ZV HALLE.

micum non iuuabis, nec inimico nocebis per
fraudem, illud, quod super vindictis malefactorum
faciendis tibi ab hominibus capituli rogeris fue-
rit consultum sequeris, obseruabis, si eorum con-
siliū tibi iustum videbitur, Alioquin per te so-
lum facies, quod tibi melius videbitur.

Habere quidem debes de salario in anno, et ratione
anni libras ccc. et quatuor gross, de quibus oib;
recipere debes a communi capituli rogeris venetiarum
libras c. et residuum soluere debet comune capituli

aggeris, et pro omnibus vicibus, quibus venies ven:
 pro seruitio dicte terre, accipere potes a dicto com:
 muni per totum tuum regimen libras \mathcal{L} , et non
 ultra, et si, quod absit, decesseris infra tempus tui
 Regiminis salarium habere debes per tempus, quo
 steteris, salarium quoque tuum spectat pro parte
 communi venetiarum, quod peruenerit ad manus
 tuas, In quo regimine per terminos ordinatos, et
 de eo, quod defecerit, satisfiet de lib^r vi^m, et de de:
 naris communis, quos penes te habebis, dabis suc:
 cessori tuo tot, quot, fuerit necessarium pro solutione
 sui salarii primi termini, Et residuum portabis
 venetias, et si non haberes tantum, quantum suffi:
 ceret pro dicto primo termino, dimittes quos habe:
 bis, et id, quod deficiet, satisfiet sibi dehinc.

Tenere quoque debes tres seruientes bene armatos
 a xx annis supra et quadraginta infra
 et unam barcham pro tuo seruitio, et communis
 venetiarum, Insuper tenere debes unum notarium
 quem accipere debes cum voluntate nostra, et consili:
 orum, et capitum de quadraginta, qui notarius
 habere debeat a communi capitis aggeris libras
 quinquaginta gross^o, Non possendo accipere per
 notarium aliquem de capite aggeris, neque qui habitet

In aliqua terra, uel loco ultra venetias, versus caput
aggeris, et quotiens exieris de terra debes dimittere
Notarium pro vicario, et si aliquo casu remanere no
posset non dimitt' in vicarium aliquem de terra

I Tem obseruabis quantum ad te spectat partem ca-
ptam in consilio nostro Rogatorum cum additione
in 1379 die xuy Februarij Indict xuy v3 q pars
capta in maiori consilio die 3 Junij nuper elapsi
per quam datus fuit ordo rectoribus nostris, quibus
deficeret tempus suorum regiminum de famulis, et
equis, quos habere timentur per suas commissiones
quia videbatur multotiens esse grauis, mitigetur, et
reformetur in hunc modum v3: q De cetero quilibet
rector in reditu suo postq3 aplicuerit Venetias infra
vnum mensẽ, teneatur ire uel mittere ad officiales
rationum ad faciendam rationem cum eis, et solue-
re id quod debebit dare, et refundere nostro communi
pro familia, vel pro equis, qui sibi defecerint in suo
regimine in ratione grossorum trium in die pro
quolibet carente de sua familia, et p̄o quolibet equo
qui sibi defecisset pro tanto tempore, quanto sibi
defecerint, Verum si deficeret alicui rectori aliquis
de familia sua habeat terminum ad remittendum
alium octo diez, et si aliquis equus deficiet diez xij

4

Et si non remiserit ad dictos terminos, nihil refundere teneatur pro eis a die quo sibi defecerunt usque ad diem, quo remiserunt in ratione predicta, et hoc observare teneatur quilibet rector sub pena librarum medietas sit accusatoris si fuerit, si pro eo habebit veritas, et alia medietas dividatur inter commune, nostrum, et officium rationum predictarum, et si aliquis rector condemnaretur per officium rationum, & deberet aliquid dare, vel refundere tunc ille rector subiacet parti capte in maiori consilio de modo servando contra illos, qui non solvunt, postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum non obstante, & per illam partem officiales non habeant, et per istam sic et teneantur officiales rationum mittere pro rectoribus nostris quando redierint venetias a regimine eorum, et pro alijs, qui sibi videbuntur, et inquirere et examinare diligenter de predictis possendo ponere personas ad sacramentum, et omnia alia opportuna facere pro executione omnium premisorum /

Item ordinatum est per nostra consilia, et sic observabis, & qui fuerit notus, cancellarius, iudex vel socius alicuius nostri rectoris in aliquo regimine non possit esse notarius, cancellarius, iudex, vel socius in aliquo officio in dicto regimine in quo stiterit

vsq; ad annos duos proximos, post complementum
rektoris, cum quo fuerit, vel fuerit, et prædicta
reuocari non possint, nec alicui concedi vel fieri
gratia contra hoc vlllo modo nec ingenio sub pena
librarum v̄ pro qualibet vice, saluo super hoc off^o
advocatorum cōmunis contra retores contrafacien-
tes, nec permittos aliquem de familia tua, vel qui
sit ad soldum tuum habere soldum communis sub
pena ducatorum Decem pro quolibet ducato valoris
totius eius, quod ille receperit, et vltra hoc priuan-
onis regiminis: ~

Nec potes venire venetas vltra quinque dies tibi
concessos, nisi prius exposueris nobis et consili-
arijs quando venire volueris, et si nobis videbitur
venire possis, et stare quatuor dies pro expeditōe
eius pro quo veneris & si non fueris expeditus
non poteris stare vltra in venetijs, nisi habue-
ris licentiam a nostris consiliarijs, et si contrafe-
ceris perdes salariū tuum in dupplum pro illis di-
ebus, quibus contrafeceris, quam penam camerarijs
communis dabis infra xv dies, et c. verum si in
termino quinq; dierum tibi concess per mensem,
occurrerit aliquid expedire, non possis in ipsis, nisi
cum voluntate nostra, et nostrorum cōsiliariōrū

52
possis tamen stare in Venetijs duobus diebus, et non
ultra, nec possis computari aliqui de predictis diebus
de vno mense in alium, nec potes ire in aliquam aliam
partem extra tuum regimen ultra quatuor dies, per
mensem vno modo sine nostra licentia, et nostrorum
consiliariorum, non computando dies vnus mensis
in alterum sub pena predicta danda in manibus
camerariorum vt dictum est. ~

E T in quinqz diebus per mensem tibi concessis stare
in R^{to} si per partem nostri consilij mandabimus
qz recedas, recedere debeas, et si pro infirmitate stete-
ris in R^{to}: non amittes salariū tuum, Tamen si
exieris de domo quasi infirmus eundo per riuum
altum amittere debes salariū tuum pro illis diebus
si exieris, et fueris per ciuitatem, sed si pro infir-
mitate steteris venetias ultra duos menses per totum
tuum tempus tui regiminis ex nunc esse debes ex
tuum regimen, nec potest reuocari, nisi per quinqz
consiliarios xxx de quadraginta, et duas partes
maioris consilij. ~

P Ræterea non potes venire venetias a tertia die
natiuitatis vsqz ad epiphaniam, et a die sab-
bati oliuarum vsqz ad dominicam apostolorum

et ad carnis primum usq; ad quadragessimam sine
voluntate maioris consilij, Et In quantum fueris in
Riuoalto obseruabis omnia, que continentur In ca-
pitulari maioris consilij, salua concessione, et
saluo q; non potes venire ad capellum, nec potes
Angarizare aliquem de custodibus deputatis per
nostrum commune per te, uel per alios, nisi In ser-
uitio nostri communis /

L Anna dictę terre cadentia, et peruenientia tene-
ris excutere bona fide, de quibus quartam parte
dare debes commune Veneticarum, et alie tres partes
In commune capituli aggeris debeant deuenire, et
inquires solcite, et prouidebis q; persona aliqua
non mittat uel portet aliqua contrabanna contra
ordinamenta nostra, et communis Veneticarum
per partes tui regiminis, et si contrafacientes non
fuerint sub tuo regimine denunciabis eos nobis
et nostro consilio, et quicquid inueneris, et scieris
et si quis acceperit bulletam de Venetis uel de clu-
gia de uino, sale uel oleo pro eundo ad aliquem
alium locum ad quem vetitum foret portare, decę
res habeantur pro contrabanno totum sic portatu

Ceterum teneris etiam facere rationem successoris

6.

tuo, anteq̄ de regimine recedas de omnibus denarijs
et alijs rebus, quas dimittes In commune, et ipse te-
neatur eas audire, et recipere, et nobis per suas leas
denotare: —

Teneris et denotare, et consignare omnia arma suc-
cessori tuo nostri communis existentia In tuo regi-
mine, que ipse notari faciat in quaterno, et eas nobis
debeat per suas litteras denotare, et ordinate scribere
in tuis quaternis omnia, que receperis a camerarijs
nostri communis ut rationes tue clare videri possint: —

Item observabis partem Infrascriptam captam in nr̄is
consilijs maiori, et rogator, et XL in 1362 die tertio
septembris in quantum ad te spectat v3 pro obuiando
contrabannis, que sunt de sale, quod de partibus
hystrie et inde ultra portantur, quotidie contrabana
In graue damnum, et psudicium nostri communis
ordinetur, q̄ de cetero, quicumq; commiserit contrabana
predicta ultra penas amissionis nauigij, et salis, et
alias penas, quas Incurrunt, Incurrant penam standi
duos annos In vno carcerum Inferiorum pro prima
vice, qua fuerint inuenti, et si ab vna vice supra fue-
rint deprehensi in contrabanno, dupplicetur eis pena
carceris, et ultra hoc perpetuo bannantur de Illa terra

vbi fuerit habitator, et si contigerit q̄ aliquod nau-
uigium fret vel fuisset cum contrabannis predictis
et aliqui ex marinarijs caperent et conducerent
patronos In manus Domini sint ipsi marinarij
absoluti ab omni pena et habeant libras ducentas
x nostro communi pro persona patroni, et nihilominus
habeant de nauigio, et contrabanno, quod
presentarent medietatem, Et si marinarij caperet
se vnus alium, et presentauerint se domino seu
se accusauerint taliter, q̄ veniant In manus Domi-
ni sint liberi, et habeant libras c. x nostro cōi
pro quolibet marinario presentato, et taliter accu-
sato, et sint absoluti presentantes ab omni pena
sit etiam licitum quibuscunq̄ personis generaliter
tam deputatis ad custodiam, q̄ non omnia contra-
banna manifestare, et Inromittere satis huiusmo-
di que inuenirent, et personas, que ipsa portarent
et ipsa omnia presentare domino, habentes
medietatem eius, quod presentauerint, et Ultra
hoc libras cc pro persona patroni, et lib' c. pro
persona marinarij x nostro communi, Tota vero
pecunia, que pro predictis casibus soluerent per
commune postea exigatur de bonis culpabilium
si poterunt reperiri anteq̄ exeant de carceribus
Nisi soluerint: Et predicta committantur catha-

7
vere, et omnibus Aostreis Rectoribus & polimontorijs
et a Badalena circa, cum omnibus modis, et liber-
tatibus, ac conditionibus cum quibus eis commissa
sunt contrabanna, que vtz cathauere In Venetijs
et redtores predicti in partibus suorum regiminum
hec omnia faciant singulis tribus mensibus publi-
ce proclamari, et de penis predictis non possit fieri
gratia sub pena librarum cccc pro quolibet consi-
liario, capite, vel alio ponente vel consentiente
partem in contrarium exigenda ab ipsis

Custodes vero qui sunt ad portas burgi, et in castro
et ad custodiam pallatarum possint nisi sint
veneti vel nati a grado ad caput adgeris

De redditibus communis Venenarum peruenientibus
ad manus tuas possis expendere omni anno libras
x paruorum In reparatione turrium, murorum, et
castri loci predicti, sed de ipsis nullo modo expendas
In reparatione vel acceptatione habitationis tue,
nisi solum In cobopertura domus, et non ultra

Tenere debes unum quaternum In quo scribi faci-
es totum vinum, quod Incanipabitur In terra, et
districtu capitis adgeris, et significare sustinarijs

nouis quantitatem, et nomina incanpanhux
ordinate de per se, et similiter qualiter extrachum
fuerit, et ad nostram requisitionem seu didtorum
Iustitiariorum nobis totum vel partim mittere
scriptum tibi fuerit sub pena librarum xxv tibi,
et perdendi totum vinum illis, quorum fuerit, nisi
missum fuerit ad terminum ordinatum, et facies
ordinate scribere totam pecuniam, que habebitur
pro dato vini, olei, et carniū salitar, et personas
sigillatim, soluant q̄ et reditus cuiuslibet mensis
de per se de predictis rebus mites nobis In scriptis
infra octo dies sequentis mensis, et quantitatem pe
cuniæ, et nomina personarum

Nec comparabis, nec comparari facies aut Incanta
bis per te uel alium aliquam rem pertinentem coi
vel loco tibi commissio, nec emes vinum seu bladū
nec societatem habebis pro faciendo vendi in tuo
regimine Nec potes incanipare per te uel alium
in tuo Regimine vel alibi ligna pro vendere, sal
uis lignis pro usu tuo.

Nec compelles per te uel alium de tuo regimine ali
quem piscatorem, qui tibi vendat pisces vel eos du
cat ad domum tuam, et non patiaris, q̄ tua familia

8
vel alius faciat alijs violentiam, sed permittes q̄libet
sine impedimento uendere in locis publicis :~

Item obseruabis Infrascriptam partem captam In nris
consilijs maiori Rogatorum \times lt^a et Additionis sub
1371 indich nona Die 6 Mayⁱ vs. q̄ omnia contra-
banna, que decetero quomodocunq; Inuenirentur
per rectores nostros Histrie & grado ad caput aggenis
mittantur per ipsos rectores ad manus camerarior^{um}
nostri communis, que vendantur per eos ad publicu
Incantum in R^o per modum, q̄ faciunt alias res
communis. De quibus contrabannis primo, et ante
omnia extrahatur datum communis, et pena per
quartum diuidatur vs. 4^{ta} sit rectorum, qui mit-
tent ipsa contrabanna, quartum sit accusatoris
si inde fuerit, per quem veritas habeatur uel denun-
tiatoris, et si non fuerit accusator uel Inuentor tres
partes veniant in commune. De quibus omnibus
contrabannis nullo modo possit fieri gratia sub
pena ducatorum mille pro quolibet ponente vel
consentiente partem in contrarium, non Intellige-
do in hac scriptis res vel mercantias, de quibus non
soluitur datum nro communi, que remaneant
ad conditionem, et statum presentem, Remanen-
tibus semper firmis omnibus alijs grauoribus

et maioribus penis, ordinibus, et scripturis, qua
forent super facto dictorum contrabannorum vel
alicuius eorum in sua firmitate, et p̄dicta faciant
dicti rectores singulis sex mensibus proclamare
ut omnibus nota sint; ~

Item observabis partem hanc vs̄ q̄ nemo ex nr̄is
possit nauigare, conducere, seu conduci facere
vel portare bladum, farinam vel legumen
aliò q̄ venenās sub pena de 40 pro centinatio
tam nauigij, q̄ bladi, et committatur prouisoribz
communis, ut exigant dictas penas, de quibus
habeant tertium, et accusator si fuerit p̄ cuius
accusationem habeatur veritas tertium, et teneat
de credentia, et aliud tertium sit communis, et
hoc proclametur in scallis R̄n̄, et significetur
hoc, et precipiatur omnibus rectoribus nostris, q̄
sunt extra venenās, q̄ cautellam adhibeant
super hoc, et omnibus, qui ad partes suorum regi
minum portauerint frumentum vel legumen
vel aliud bladum vel farinam sine nostra licen
tia, et nri consilij debeant auferre dictam penam
et si auferre non poterint debeant significare no
bis q̄ cito poterunt, et similiter si sciuerint, q̄
portauerint aliquid de predictis rebus in nram

9.

partem inquirere teneantur sicut melius poterint
et nobis q̄ cito poterunt declarare, et nos cum nro
consilio debeamus eos, qui sic predicta portauerint
capi facere, et detineri in palatio de quo relaxari
non possint, nisi soluerint dictas penas, quare
predicta sub pena sacramenti, et inobediencie obs-
uabis ad plenum. ~

Item scias ordinatum esse, et sic obseruabis, q̄
notarius Venetus non possit facere aliquam cartam
venditionis proprietatum terrarum ultra aq̄s
tui regimini ad usum veterem sine tua licentia
et tu non potes dare dictam licentiam nisi prius
habito pignore de x^m p̄ c^o ab emptore q̄ ipsam pro-
prietatem, quam emere uoluerit ad usum veterem
Inuestiat infra unum mensem, et nihilominus iurent
emptor, et venditor pro quo preho comparabit, et
vendet, et pro ostendendo q̄ dederis dictam licentiam
te debes subscribere. In dictis venditionibus. ~

Et infra unum mensem post tuum introitum Venetis
venies, et ibi stabis ad videndum, et intelligendum
rationem, quam precessor tuus fecerit officialibus
nostreis rationum de introitibus, et expensis omnibus
sui regimini sicut exatit ordinatum. ~

Item non potes absoluere aliquo modo aliquam con-
demnationem factam in pecunia per aliquem pre-
cessorum tuorum, nec de illis ullam facere gratiam
compensationem, prouisionem vel donum. Nec
aliquem de banno exherere, nec absoluere sine nostra
voluntate, et consilio nostri maioris vel de xl. et
Immo eas exiges tuo posse, et similiter non potes
eas absoluere, que facte essent vel fierent in per-
sona, et rebus pro homicidio, Furto, vel tradimento
et contrabanno.

Item obseruabis partem captam in maiori consilio
in 1361 die iiii Julij, et addatur in commissionibus
omnium rectorum, q. de omnibus condemnationibus
quas facient in suis regiminibus non possint postquam
eas fecerint se impedire in remittendo vel reuocan-
do in toto uel in parte ullo ingenio uel forma.

Preterea non debes per te uel vicarium tuum vel
alios impedire personas aliquas undecumque sint
que uellent venire Venetas cum frumento vel
alio blado, nec ipsum frumentum vel bladum
accipere, Immo dabis eis fauorem ut cito ueniat
cum eis Venetas, et si contrafacies cades de libris
c. pro qualibet vice, quas infra unum mensem

post tuum exitum de regimine, teneris soluere camerarijs communis sub pena tantundem, et aduocatores exigant penam, et nihilominus blada impedita mittere venetias per sacramentum teneris

ET si vxor tua, vel heres tuus masculus vel femina ab annis xvi supra aliquid fecerit, & sibi vetetur per tuam commissionem, et fuerint accusati nobis seu aduocatoribus communis debes esse responsator, et pagator de omni eo quod aduocatores conuincerent in consilio ubi te placitarent, et habeant ipsi aduocatores partem illam, quam habent de alijs quos placitant seu placitarent.

Ordinatum est, quod linum non debeat aptari in terra capitis aggeris intra fossam, et x passibus prope domum filiorum q. andree de matheo, dum fuerit gramolatum cum bona custodia, et hoc in pena amittendi linum et libras x et quod nullus portet vel faciat ignem ubi aptabitur dictum linum.

Officiales capitis aggeris eligantur per breues secundum, quod est ordinatum, et tu potestas interesse debes electioni, et non fiant amplius pastus, qui fiebant officialibus de preterito.

I Tem q̄ vna rupta debeat esse In capite Aggeris Inter
Fassauum, et lipparium iux^a Rhodigium, remane
te tamen arbitrio potestati de prouidendo id ex
si damnum faceret, & latere vero terrę capit^s
aggeris possint ubi melius videbitur consilio
communi dicte terre facere pro bono suarū valū
ruptarū, et fossas, vnam vel plures, sicut erit
expediens, super facto aggeris Babiarū veterū
qui consueuerat rumpi in damnum communi
et Longarelli natalis ordinamus, q̄ teneatur
in contio pro illis de capite aggeris, et Ideo com
mittimus tibi cum nostris consilijs quatenus
circa conseruationem ipsius, ne rumpatur talem
solicitudinem haberi facias q̄ de cetero nō rum
patur / ~

I T non potes sub debito sacramenti per totum tuum
regimen et per vnum annum post contrahere vel
contrahi facere matrimonium, nec impetrare
vel impetrari facere aliquam prebendam vel
beneficium in locis tui regiminis pro te filijs vel
alijs nec procurare aut tradere, q̄ fiant pro
te vlllo modo : ~

I Tem obseruabis partem hanc vs̄ q̄ ammodo q̄cūq̄

stronauerit aut cum aqua acceperit, seu alio quocumque malo modo maliciauerit ducatos grossos venetos mezaninos, et soldinos tam in venetijs quæ extra sibi amputetur manus dextera, et eruantur ambo oculi et postea banniantur de venetijs, et toto eius districtu et si post bannum predictum vnquam se permiserit reperiri in venetijs uel districtu, stet per unum annum in carcere, et iterum banniatur perpetuo, et hoc totiens debeat obseruari, quotiens talis punitus, et bannitus se permiserit reperiri.

Item obseruabis infra scriptum partem vtz omnes officiales, rectores, ambassiatores, prouisores vel alij quocumque nomine nuncupentur, qui de cetero inueniuntur per aduocatos communis quæ fuerint furati de bonis, et hauere communis a libris lxxd grossi vel ab inde supra modo aliquo uel ingenio intelligatur ex nunc cecidisse ad soluendum capitale, et tantundem pro pena vsque ad tres dies postquam fuerint conuicti, sub pena solda quinque pro libra tamen capitalis, quæ pena, que pena diuidatur per medium vsque medieta sit aduocatorum communis, et alia medieta sit communis, et si fuerit accusator pena diuidatur per medium ut supra, et ultra hoc sin perpetuo privati omnibus officijs, et

regiminibus consilijs et beneficijs communis
venenarum tam intus, q̄s extra, et eridetur In
primo maiori consilio de festo solemni eridato
vel in quo fiun de xij regiminibus per vnum ex
aduocatoribus communis, Verum si predicti
furantes de bonis communis vel aliter ab alijs
accepisses contra commissionem, uel capitulare
vellent restituere vsqz ad tres dies, postq̄ fuerint
requisiti ab aduoc non permittendo se conuinci
sed confitendo se furatos fuisse de bonis cois vel
aliter accepisse contra commissionem, et capitu-
laria sua, tunc soluere teneantur capitale, et
medietatem plus pro pena, que diuidatur In sup^a
et ultra hoc sint perpetuo priuati officio vel Regi-
mine vbi commississent delictum, et eridentur
in maiori consilio vt dictum est, si vero conuin-
cti fuerint furatos fuisse & libris l^{tra} infra & bonis
communis vel aliter accepisse contra commissioez
& libris centum infra, Tunc incurrant ad sol-
uendum capitale, et medietatem plus pro pena
que diuidatur vt supra et ultra hoc sit priuati
officio vel regimine vbi commississent delictum
et publicentur in maiori consilio per aduocat^z
communis, non permittendo se conuinci sed
confitendo furatos fuisse In supra & libris l^{tra}

Gross tunc teneantur in dicto termino, et pena solue-
re capitale, et tertium plus pro pena, que diuidatur
Usupra, et ultra hoc priuentur officio uel regimine suo
Tali et d. Verum si dicti delinquentes scriberent In suis
rationibus et quaternis aliquas expensas, quas offi-
ciales rationum dicerent non potuisse poni, Tunc
ordinetur, q. hoc non habeatur pro furto, sed veni-
atur ad collegium d. consiliariorum, et c. In dicta
parte latius continentur.

Item obseruabis partem captam In maiori consilio
vz cum extimatores vini qui fiunt In laureto
et capite aggeris fiant cum maximo Damno, et
preiudicio communis, ordinatum est, q. de cetero
Rectores dictorum locorum nullo modo extiment
sibi vina, que conducentur de extra, sed vina
venetias veniant ad faciendum extimaci, aut
clugie.

Si quis forte sub tuo regimine proyiciet palia cum
taxillis volumus, et tibi mandamus cum nostro
consilio x, q. ab eo accipi facias palium, et libras, c,
pro pena Dando de palio, et de denarijs pene tertium
accusatori, tertium nostro communi, et aliud
tertium sit tuum, quod Intendimus, q. omnino

Trabatur cum balista, uel arcu: et non cum taxillis
ullo modo, et hoc facias publicari, sicut, et
quando tibi videbitur, ne quis per ignorantiam
se excuset: ~

Cum in terris, et locis a grado ad caput adgeris
committantur percussiones, homicidia, furtum
robarię, et alia enormia delicta, et illi qui com-
mittunt ueniunt et morantur uenety, quod non
est tollerandum, ordinamus, q̄ quando cunq̄ con-
stiterit rectoribus dictorum locorum uel alicui-
eorum de aliquo predictorum delictorum debeant
infra xv dies tunc prox̄ mittere in scriptis culpa-
biles officialibus de nocte, ut per eos fieri possit, q̄
tenentur per formam sui capitularis: ~

Item obsuabis in quantum ad spectat q̄ uina estimet
in uenety uel clugie bullando butas, et faciendo
contralitteras: ~

Scire etiam debes captum fuisse in maiori consilio
q̄ in reditu uenety poteris si tibi videbitur usq̄ ad
tres menses tres prox̄ venire ad consilium rogatorum
et ponere partem, et partes, et prouisiones de quibus
haberes conscientiam pro bono huius regiminis, et

pro honore status venetiarum, ut in dicta parte
plenius, et latius continetur; ~

Eterum ordinatum est q̄ de cartullinis officialibus
de nocte, quas Rectores a gradu ad capud aggeris
exigerint. ipsi rectores habeant partem officialium
de nocte, et suorum custodum, et totum residuum
mittatur officialibus predictis, ut dictae cartulinae
poni possint in cancellaria in quaternis officij, ita
q̄ ipsi rectores nihil retineant, nisi partem, quam
haberent officiales de nocte, cum suis custodib;
sicut captum fuit in maiori consilio die sexto
Decimo Julij In M. CCC. LXXVI.

Item observabis partem captam in consilio Ro-
gatorum, et Additionis ~3, cum Potestas
capitis Aggeris soliti sint estimare vinum
Forense, et recipere et scribere Datum ipsius
quod conducitur ad caput aggeris ~adit
pars, sicut consulunt officiales rationum q̄
potestas capitis aggeris presens, et futuri simt
cum camerararijs decē terre teneantur estimarē
decē vinum, et recipere, et scribere Datum
ipsius In concordia, et de ipso reddere seriātim
et per singulum rationem officialib; rationum: ~

st tibi sciendum, q̄ omnes officiales, et rectores,
a gradu ad caput aggeris deputatos, et deputan-
ad prohiben- contrabanna Venet- qui mitte-
rent, seu facerent Ire uel venire per se uel
alium rem aliquam contrabannum, pro quolibet
eorum nomine pene a duobus placitabit in valore
rei sic misse et et de tantundem, ac de salario
recepto, et quod deberent recipere pro eorum
officio uel regimine, et inde ad quinque annos,
Non poterit esse de maiori consilio, nec habere
officium aliquod in Venetijs uel extra pro con-
Venetijs.

Observabis partem captam in consilio centum
vz q̄ sit prohibitum omnibus rectoribus ci-
uitatum, et locorum nostrorum uestire ue-
stes lugubres pro aliquo uel aliqua ex affinibus
suis, q̄ diu erunt in suis regiminibus sub pe-
na ducatorum centum in suis proprijs bonis
saluo, q̄ possint pro patre, matre, filio, uel filijs
portare vestes lugubres diebus octo, et non ultra
et similiter pro fratre, uel fratribus, et pro uxo-
re non portando clamidem ullo modo. -

Observabis in quantum ad te spectat, et obseruari
Facies, -

Faciēs in locis tui Regiminis hanc partē captā
 in rogatis, et additione in M CCC LXX XI Die
 XX Martij cuius tenor talis est. Pro bono Huius
 communis tantum grauari ordinetur, q̄ rectores
 et officiales terrarum, et locorum Hosterorum &
 gradu ad caput aggeris, qui fient de cetero non
 debeant habere aliquam prerogatiuam In Facto
 datij vini neq; in datijs alicuius rei cum ipsis ex
 quadam consuetudine non soluunt aliquod datum
 de vino, et alijs rebus, que accipiunt, uel emunt
 in suis regiminibus, et officijs pro usu suo, quod
 redundat in maximum Damnum Huius cōis.

Cum consilio Huius & prohibemus tibi, q̄ neq; pec
 gratiam, neq; aliter possis dare de bonis Hosteri
 communis v; de possessionibus, Decimis, pheudis
 liuellis, que essent communis venetiārum, nisi
 per consilium decem cum additione, vel aduoc
 communis sine ullo consilio, De qua pena non
 possit fieri gratia vlla sub eadem pena vt in
 ipsa parte /

Item obseruabis, hanc partem v; q̄ omnes recto
 res Hosteri teneantur, et debeant dare sine aliq̄
 diminutione Socijs, et Notarijs totum, et quicq̄

in eorum commissione continetur sub pena priuati-
onis per quinque annos omnium regiminum cois
veneniarum intus, et extra, et librarum quinque In
suis proprijs bonis cuius pene medieta sic accusa-
toris si fuerit, per quem sciatur veritas quartu
nostri communis, quartum aduocatorum cois
et ultra hoc totum illud, quod debuissent dare
dictis socijs, et notarijs, secundum formam suar
commissionum, et si non dedissent tam pro
salario, q̄ pro expensis veniat in nostrum coe
et ultra hoc quilibet sociorum, et notariorum
predictorum infra unum mensem postq̄ applicu-
erint venet si non habuerint salariu, et exp̄s
sicut debuerint a Rectore suo secundum forma
suarum commissionum ire ad aduocatores Nri
communis, et facere eis conscientiam de pdictis
habendo partem pene suprascripte velut accusa-
tor, et si hoc non fecerit priuetur, q̄ nunq̄ possit
esse notarius neq̄ socius in regiminibus nostris
et suent sit in libertate Rectorum si ipsis vi-
debitur, et placuerit dare illi notario uel socio
quibus deberent facere expensas libras L^m par-
uorum In anno, et ratione anni pro quolibet pro
expensis, quas facere deberent predictis si pot-
us dare velent eis pecuniam q̄ facere expensas

15^v
non possendo dare cuilibet eorum minus librar.
L^{ta} ut supra dictum est /

Item obseruabis, q̄ sicut debitores nostri nobiles non possunt probari ad aliquod officium seu beneficium donec debita sua cum integritate soluerint; Ita de cetero non possit aliquis uel aliqui iudex, vicarij cancellarij et alij officiales rectorum nostrorum debitores dicti officij acceptari per quempiam nostrum nobilem rectorem uel officialem sub pena ducatorum centum auri pro quolibet contrasfaciente exigenda per gubernatores predictos, et soluen. Id quod dicti officiales dare tenerentur penam predictam, et debitum dicti talis debitoris mittantur predicti rectores, et ceteri officiales contrasfacientes per dictos gubernatores in nota pro debitore seu debitoribus super libro debitorum, et probari non possint usq; quo cum integritate soluerint totu Id quod dare debebunt.

Item obseruabis q̄ omnes officiales, et rectores nri a parte terre, et maris teneantur binis litteris, alteris ad nostrum Dominium, et alteris ad nostru Dominium, et alteris ad officiales rationam veteri

diligenter significare diem introitus regiminis et
officialium suorum, et similiter reportare litteras
a successoribus suis de consignatione exituq; eorū
et notentur tam introitus q; exitus eorum In du-
obus libris ad hoc deputatis ad nostram cancel-
lariam, et ad officium suprascriptum officialium
rationum veterum, et si quis suprascriptorum
rectorum exitus vt supra annotat non Inueniret
et ad aliquod regimen uel officium eligeretur, et
fieret conscientia domino, & contumacia sua
nondum completa esset probari nullo modo pos-
sit sub pena cuiuslibet consiliariorum ducatorū
centum si in contrarium terminatum fuerit
quam de facto exigant aduocatores sine vllō
consilio, et si ipsi aduocatores non exigent
exigant capitē de quadraginta sub debito sacra-
menti.

Obseruabis, q; si decetero aliquis officialis nostri
communis tam intus, q; extra quocunq; noīe
nuncupentur trahucabit, uel cambiabit monetas
cuiusuis conditionis et nominis nuncupentur
aliquo modo uel Ingenio uel sub pretextu alicuius
intelligentie uel conueniencie, quam cum alijs
haberet, hac de causa spectantes nostro comuni

ad utilitatem sui uel aliorum quouis modo, et ult^o
 hoc priuatus sit perpetuo Illo officio in quo talem
 excessum commiserit et per 2 annos omnibus
 officijs, et beneficijs communis Venetiarum, et
 si accusator fuerit per quem veritas habeatur ha-
 beat tertium dictę pene, et teneatur de credentijs
 et committantur hec inquirenda aduocatoribus
 communis, et omnibus rectoribus nostris, et offici-
 alibus contrabannorum habentibus partem pene
 pecuniarie De alijs sui officij, et ultra omnes
 penas suprascriptas tales contrasacientes stare
 debeant annos quinq; in carceribus /

Item obseruabis, q; quando aliqua impositio seu da-
 tia deliberata erunt per consilia ordinata soluenda
 in capite aggeris et aliquis presumpserit illa impu-
 onare seu contradicere utendo talibus verbis Non
 page non compece pegni, et istis consimilibus, que
 veniunt contrariare deliberationibus factis in con-
 silijs nostris stare debeat vno anno in carcere
 et banniatur per annos duos, et ultra hoc soluere
 debeat subito ducatos trecentos auri, quor; si fuerit
 accusator, per quem sciatur veritas, habeat tertiu
 unum tertium detur officialibus, quibus facta
 fuerit conscientia, et aliud tertium nostro coi



et si non fuerit accusator tota ipsa pena adueni-
at in nostrum commune, et de omnibus penis
supradictis non possit fieri aliqua pars gratie,
sub pena cuiuslibet ponenti partem in contrarium
Ducatorum v. quam penam aduocatores comunis
teneantur, et debeant sub debito sacramenti exi-
gere de ea habentes partem prout de alijs sui of-
ficij.

Item obseruabis partem captam in Rogatis tenoris
infrascripti v. q. si uacauerit aliquod pheudum
nostri Domini per mortem ultimi possessoris illius
uel forte deuenit in personam que sine heredibus
decedere habeat, ex nunc sub aliquo colore uel forma
amplius alienari non possit, aut in alios transferri
neq. per rectores locorum, ubi ipsa pheuda erunt
alicui concedi per aliquem modum, aut ab alijs
auctoritate propria occupari sub debito interueni-
ente casu perueniat in nostrum commune, et assi-
stari debeant per rectores locorum eo meliori modo
et maiori preno, quo fieri poterit pro utilitate
nostri Domini, contrafacientes autem in pmissis
siue fuerit rector siue alij quocunq. nomine
indebite occupantes, concedentes, uel alienantes
de pheudis predictis cadant de ducatis v. pro

17
quolibet, et pro qualibet vice exigenda per aduocq
communis abqz villo consilio.

Captum est etiam die xvi octobris 1504 In consilio
nostro x^m; et sic obseruabis, qd decetero pro illis ban-
nitis cum talea contrafacientibus bannis suis pro
quorum captura deberetur talea In executionem
et obseruantiam ordinum consilij nostri x, non de-
beas, nec possis ullo modo dare taleas illis captorib^{us}
et retentoribus illorum, nec illis fieri facere bul-
letas talearum sine precedente scitu, licentia, et
deliberatione prefati consilij nostri x sub pena
soluendi de tuo tantum in quanto contrafacere
presumpseris, et sic compellaris per aduocatores
nostros communis, et hoc ipsum facies, et obserua-
bis pro omnibus alijs bannitis pro quorum captu-
ra deberetur quomodolibet talea In executionem
et obseruantiam ordinum consilij x prefati /

Preterea obseruabis hanc partem captam in con-
silio nostro x die xvi July 1503 v3 Reperiuntur
in locis Gambararum, buttemici et ordeaci, qz plu-
rimi banniti, qui per formam condemnationum
suarum non possunt nec stare, nec se reducere
In illis locis, nec In aliquo ipsorum, et quia cernis:

res est, et quotidiana experientia docet, q̄ ipsi ban-
niti ultra multa homicidia furta, rapinas, violen-
tias, que per ipsos, et cum ipsis committuntur sunt
enam illi per quos, et cum principali favore quorū
committuntur infinita contrabanna cum nota-
bilissima iactura, et damno dationū, et Introituum
nostrorum, qui necessarij sunt Republice, ad
quod cum sit de nouo seueritatis remedio prou-
dendum ea propter: ~

Vadit pars, q̄ saluis, et resuatis, et in suo vigore
et firmitate permanentibus omnibus alijs parti-
bus, et ordinibus, auctoritate huius consilij capta
et prouisum sit, et ita et publicari debeat tam
hic Venetijs, q̄ in quolibet ipsorum trium locorū
